



10

1.

Q. D. B. V.

QVÆSTIONES JURIS  
MISCELLANÆAE,

QVAS  
ADSPIRANTE NUMINE  
SUB PRÆSIDIO

VIRI  
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI

DNI. GERARDI von Stoffen/  
Jcti Celeberrimi, Pandectarum in Illustri Ar-  
gentoratensium Universitate Prof. Publ.


Facult. Jur. p. t. DECANI Spectab. DNI. Patroni  
& Præceptoris sui summo observan-  
tiæ & obsequii cultu æviternum  
prosequendi,

SOLENNI

Eruditorum Examini  
submittit

JEREMIAS Tromer/ Argentorat.  
Auth. & Resp.


Ad diem 30. Mens. April.  
horis locoq; consuetis.



ARGENTORATI,

Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.

Anno M DC LXXV.



*ILLUSTRIS STIPENDII  
SCHENCKBECHERIANI  
MUNIFICENTISSIMI  
CURATORES,  
VIRI  
GENERE, DIGNITATE, MUNERE  
ATQUE MERITIS IN PATRIAM  
MAGNIFICI, NOBILISSIMI,  
AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI,  
PRUDENTISSIMI, GRA-  
VISSIMI,  
PATRONI MAGNI.*

*Vix h& pagell& VOS intueri, nendum Ve-  
strorum Nominum splendorem verecundâ in  
fronte præferre sustinent; sed alium ingenij qualiscunq;  
partum in vestrum conspectum atq; patrocinium prodire  
solicitant & urgent, quem vel ideo tuiore ausu illuc deducere pos-  
sim, quod promissi de illo sistendo à Vobis clementer & benevolè ac-  
ceptati;*




ceptati me reum teneatis. Illum igitur dum ita poscor, & sub gravi  
morarum molestia detentum adhuc conficio, non ea mihi superest a-  
nimi fortitudo, quin dolore istud indignante ingemiscam, tanti esse  
Tantos Viros obsequio revereri, ipsisq; promptitudine saltem humi-  
li placere velle, ut prius spem, vota & conatus multiplici fatorum  
turbâ ac Syrtium remorantium fastidiis ludi trahiq; oporteat, quam  
vela ad indefessi obsequij felices terminos, etiamsi contingere summâ  
ope nitantur, pervenire queant. Causatur vero istius cessationem  
principiè copia materiae passim dispersæ, ejusq; colligendæ prolixa  
difficultas, cuius rei infidem tum equissimi Vestri judicij nutum, si  
permittitis, reverenter suspicio, tum Ipsum Excellentissimum  
Dn. Præsidem non renuentem, imo, quod singulari Ejus in me be-  
nevolentia tribuo, jubentem gratâ veneratione nomino. Sub hosce  
itaque portus receptâ solicitudine, rogo submissâ, Vos, PATRONI  
**GRATIOSI**, devotione, isti cunctationi hac de causâ ferè inson-  
ti, nec non, qui nuperrimo consilio suspectus tedia istius, incitanti-  
bus obsequij stimulis, interim anticipare properat, ausui præsentî  
facilem veniam pronumq; favorem indulgere ne gravemini. Sal-  
tem, inquam, obsequij parati testimonium simul & ob sidem, animiq;  
ob eximia beneficia devoti pignus hoc in chartaceo fœtu agnoscite  
& estimate: Id si Benigno reflexu annuitis, nil superest, quam ut  
sub letis illius auspiciis me recipiens arduis Munerum Vestrorum curis  
tenui alloquio interstrepere desinam, post pia tamen voti suspiria,  
que identidem manibus ad cœlum erectis nuncupo, ut Numen Vos  
servet in sera tempora felicissimos Ecclesie & Reipublicæ Antistites,  
mihique Patronos Benignissimos.

VV. MM. NN. AA.  
& EE.

submissimus cliens ad  
devotus cultor

Jeremias Tromer/  
Arg. LL. Studios.



## QVAESTIO I.

*An, quando, & quodnam præsidium inde-  
mnitatis mandatario, qui excessit man-  
dati limites, ratione excessus  
competat?*

RO Regulâ exprimitur: *Eum, qui Regula.*  
*exequitur mandatum, non debere excedere*  
*fines mandati in §. is qui. 6. I. mand. l. in re.*  
*21. C. eod. cap. cum dilecta. 22. in fin. X. de*  
*rescript. cap. cui. 27. de præb. in 6. cui con-*  
*sonat additâ ratione l. diligenter. 5. pr. ff. eod.*  
*Diligenter fines mandati custodiendos es-*  
*se, nam qui excessit, aliud quid facere vi-*  
*deri. d. l. s. pr. unde sequitur, mandantem quoad excessum non*  
*obligari, neque tertio l. cum mandati. 12. C. eod. neque ipsi man-*  
*datario. arg. l. rogatus. 33. l. potest. 41. D. eod. quia prohibitio ipsi-*  
*us ex nullâ parte damnum afferre potest, arg. l. si autem. 8. §. ult.*  
*in fin. ff. de negot. gest. & iniquum esset, ad libitum mandatarii*  
*mandantem esse obligatum. l. præterea. 3. in fin. ibi q. Gl. ff. mand.*  
*ejusque factum huic nocere, contra l. item pupillo. 5. §. si plurimum.*  
*5. ff. de N.O.N. l. non debet. 74. ff. de R. f. ibique Gorhofr.*

II. Verùm, an hæc ita simpliciter procedant, & manda- *Tempe-*  
tario excedenti spem omnem recipiendi, quod ipsi abest, adi- *ramentū*  
mant, videamus. Quid enim, si excessus ille felicem sortitus sit *in excess-*  
eventum, & mandanti utiliter cesserit; num hicce commodo *su felici.*  
potietur optato, quod mandatarii gementis redemisse expensis  
& damno jactet? Sic opinatur *Paul. Castr. in l. i. C. mand. n. 2.*  
Id verò nec bona fides, nec ulla æquitas patitur, ut mandans sc.

A de

de alieno lucrum sentiat; vel cum alterius jacturâ locupletetur.  
*I. idemq. 10. §. 3. ff. mand. I. 2. l. si pupilli. 6. §. 3. ff. de negot. gest. l. plā-  
 nē. 38. ff. de H. P. l. si & me. 32. ff. de R. C. l. nam hoc. 14. l. hac condi-  
 tio. 66. ff. de conduct. indeb. l. eten. 10. & ibi Goth. l. si quis. 17. §.  
 Proculus. 4. in fin. ff. de inst. act. l. i. §. si cum. 4. ff. de pecul. l. si res. 5.  
 §. 3. & ibi Goth. ff. de in rem vers. l. cum ancilla. II. C. quod cum eo,  
 qui in al. pot. l. i. §. an in pupillum. 15. ff. depos. l. jure. 206. ff. de R. f.  
 c. locupletari. 48. de R. f. in 6. v. Fab. in §. is qui. 6. l. mand.*

**III.** Ergò æquitas hoc in casu mandatario ad recipiendas  
 impensas patrocinatur; sive ex causis prægnantibus, sive auda-  
 culâ temeritate in utilitatem domini intentâ fines mandati egres-  
 sus fuerit, arg. d. §. 6. in fin. I. de mand. l. rogatus. 33. l. si quis. 46. ff.  
 eod. imò etiam si magis suo lucro quàm domini rebus promo-  
 vendis studuerit. arg. d. l. 6. §. 3. ff. de N. G. l. creditor. 60. §. 1. ff. mand.

**Objet.** Nec temeritati isti hactenus indemni multum obstat. §. ex diver-  
 so. 30. I. de R. D. desumtus ex l. adeò. 7. §. pen. ff. de A. R. D. (ut  
 eadem verba & legis inscriptio, junct. §. quas ex 6. f. procem. de-  
 monstrant) cuius decisionem videntur se qui Impp. in l. si is. 5. C.  
 de ad. priv.

Namque istæ ll. tūm ex naturâ facti simpliciter &  
 strictè per se considerati, tūm in pœnam temeritatis præcisè, ut  
 videtur, m. f. ædificanti in solum alienum denegantes receptio-  
 nem impensarum, mutuantur interpretationem æquitatis ali-  
 unde, sc. ex l. 2. l. domum. 5. C. junct. l. in fundo. 38. ff. de R. V. v.  
 Goth. in d. l. 5. C. de ad. priv. adde eund. in Const. Tanta, §. contra-  
 rium. 15. de conf. Dig. l. i. C. de LL. l. placuit. 8. C. de judic. ac ita  
 mitigatæ proximè collimant ad id, quod dicimus. Intrere à do-  
 lum, si quis intermixtus est, pœnæ pro arbitrio judicis sustinen-  
 dæ non eximimus per l. procurator. II. §. 1. ff. de dol. mal. & met.  
 except.

**Lim. I.** **IV.** Sed istam temeritatis felicis indemnitatem non au-  
 demus in mandato publico tueri; licet Legatus omnem inten-  
 tionem in isto excessu in bonum publicum direxerit. arg. cap. cum  
 dilecta. 22. in fin. X. de rescript. cap. cui de. 27. de præbend. in 6. cap.  
 ex parte. 13. cap. venerabilis. 37. X. de off. deleg. cap. cum in illis. 16.  
 vers. 2. de præbend. in 6. cap. suscepsum. 6. de rescript. in 6. Nam  
 publicè interesse putamus, ne temeritas ista impunè transeat;

utpote

ut pote quæ videtur & ausu in majestatem & autoritatem Superioris ferè contumaci, arg. l. i. §. 3. in fin. ff. de postul. atque protervo, arg. d. l. i. §. secundo. s. fac. l. si Prator. 75. ff. de indic. l. fin. Ne quid in loc. publ. & exemplo in publicam disciplinam injurio plus peccasse, quām Reip. eventu prospero profuisse, arg. l. si absenti. II. §. i. l. eundem. 16. in fin. ff. de Legat. l. postliminiō. 19. §. filius. 7. ff. de captiv. & postlim. Quare non tantum ob contumaciam & proterviam pœnā arbitrariā affligetur. arg. l. Divus Hadrianus. 6. in fin. ff. de custod. reor. ibiq; Gothofr. l. i. C. ad L. Jul. repetund. sed & expensarum in istâ transgressione erogatarum recuperatione desperatâ eatenus pecuniâ propriâ egebit, quatenus eam in negotio publicè scandaloso temerè profudit. arg. l bona fides. 31. in fin. pr. ff. depos. ne ullum temeritatis suæ fructum se consecutum temerarius iste gloriari possit. arg. l. ex damni. 40. in fin. pr. ff. de damn. infect. l. si servus. 25. in fin. ff. de pign. act. l. pen. C. de Legat.

V. Hæc severitas adhuc severior est in disciplina militari præcipue tempore belli. Nam qui rem à duce prohibitam fecit, aut mandata non servavit, capite punitur; etiamsi res bend cesserit, l. 3. §. in bello. 15. ff. de re milit. Unde Manlius Torquatus ferè magis severus dux belli, quām æquus, (Fac. i. Sam. XIV, 45.) & pius pater filium licet fortissimè & ad victoriam usque adversus imperium ejus præliatum securi percussit. Val. Max. II, 7. in Roman. 6. IX, 3. in Roman. 4. satiūs esse judicans patrem forti filio, quām patriam disciplinâ militari carere. Liv. lib. 4. Gail. lib. i. de pace publ. c. 4. n. 26. & seq. Disciplina enim castorum antiquior fuit parentibus Romanis, quām charitas liborum. d. l. 19. §. 7. in fin. ff. de capt. simillimum exemplum rigidi patris sc. Postumii Tuberti. v. ap. Val. Max. d. l. II, 7. in Roman. 6. Diodor. Sicul. lib. 12. A.G. XVII. N.A. cap. ult. Liv. d. lib. 4. unde à tetricæ severitatis exemplis insignibus imperiosus Manlius, imperia Postumiana & Manliana in proverbii dicterium videntur emanasse. A.G. lib. I. N.A. c. 13. Liv. d. l. 4. Add. Simeon Starovolskius lib. instit. rei milit. cap. 24. & 30.

VI. Istam tamen temeritatis notam & multam effugiunt Commissarii publici & Officiales, quin imò & belli duces. Excepio.

Gail. d.l.n.29. si nova causa inciderit, quæ committentem latebat tempore commissionis probabili conjecturâ, tunc enim quasi in arenâ consilium capere, & limites mandati pro utilitate & in rem domini excedere possunt. arg. cap. statuimus. 13. de offic. de-leg. in 6. cap. si super. 9. eod. d.c. 29. de præbend. in 6. c. quamvis. 4. cap. si pauper. 30. eod. Nam & in mandatis quoque obtinet clausula illa, quæ in promissionibus : rebus sic stantibus. arg. l. verum. 63. §. fin. vers. Res verò ff. prosoc. l. si conveniret. 14. ibi q. Go-thofr. eod. Gail. lib. 2. obs. 24. in fin.

*aut annexe-* VII. Maximè autem limitatio nostra procedit, si mandata claus. to generalis illa clausula inserta sit: *Reliqua tuae prudentiae & dis-*  
*generali. cretioni committimus, &c.* uti tradit & quandoque in gravissimis causis legatos Principum fecisse testatur Gail. d.l.n.30. Clauſulae istius & similiū interpretationem, vim & efficaciam exhibet prolixè *Felinus in cap. i. de Constit. n. 51. & cap. ne innitaris. 5.* eod. n.2. istamque non tantum ad ea, quæ nec generaliter nec specialiter sunt expressa, ac ideo sponte suâ sub istâ contineantur; sed etiam ad illa, quæ jam vel generaliter vel specialiter mandato sunt comprehensa & disposita, pertinere existimamus, id enim concessa libera facultas & electa commissarii prudentia & industria meritò suadent. arg. l. si hominem. 30. ff. mand. Gl. in can. 2. cauf. 26. quæst. 7.

*Exceptio-* VIII. Si tamen post clausulam illam annexam mutatio in  
*nis subli-* uno aut altero mandati membro expressè & seriò prohibeatur;  
*mitatio.* tum, quæcunque licet vel maximi momenti causa mutationis apparet; obsequio in istis astrictissimo parendum censemus.  
arg. l. si quis. 46. l. si mandatu. 59. §. fin. ff. mand. l. si creditor. 7. C.  
de fidejussor. c. 3. & seq. de procurat. in 6. ibi q. CC. Clem. 2. eod. cap. 2.  
vers. unde si. X. de translat. Episcop. cap. nuper. 29. vers. quia tamen.  
X. de sentent. excommun. l. maritus. 21. in fin. ibi q. Gl. & Gothofr. C.  
de procurat. l. nec non. 28. §. 2. ex quib. cauf. major. l. liberto. 31. §. li-  
bertos. 4. ff. de negot. gest. quòd committens tūm videatur dili-  
gentissimā providentiā & sagaci industriā circumspexisse, & o-  
mnes causarum casuumque cardines & vim perpendisse, atque  
consilio maximā cum solitudine secundum istorum aspectus &  
influentias disposito id, quod mandavit modo prædicto, optimū  
& op-

Ratio I.

& opportunissimum maturatâ prudentiâ judicâsse & statuisse : unde in istam adeò providè & solicite præmunitam prudentiam non prudenter assurget arbitra Commissarii prudentia, *Fac. cap. ne innitaris. 5. de Constat.*

IX. Accedit, quod committens eo casu sæpè aliud sub *Ratio 2.* præcordiis intendat, quām Commissarius rei ignarus per commissam causam peragi putet. *Fac. cap. cui. 27. de præbend. in 6.* Unde, si alio fine mandatum istud vel minimâ parte commutaverit ; jam series consilii, quam Superior secum ordine construxerat, interrupta non modicam rebus turbam & jacturam excitat. Licet igitur ita prohibito specialiter Commissario alia videatur via, favente etiam rerum occasione, affulgere commodior, quām ipsi præfinita est, attamen prudentiæ suæ importunæ consilium sequi vereatur, intraque limites positos se contineat modestè memor ejus quod dicitur in *I. non omnium. 20. ff. de LL. I. prospexit. 12. §. I. ff. qui & à quib. man.*

X. Quod si verò clausula ista non sit adjecta mandato publico, dispiciendos esse gradus auctoritatis, quibus inter se Commissarii multiplici effectu apparent distincti, existimamus. Istorum verò præcipue tres refert *Otto Meland. in Foco-ser. tom. I. c. 187. p.m. 147.* scilic. Consiliariorum alios esse in primo gradu & summos præcipuâ & excellenti sapientiâ & auctoritate habitos ; hosque posse pro re natâ licet aliquid in mandato immutare, nec ideo gratiâ Principis excidere. Alios post hos consistere in gradu secundo, qui equidem sapientiæ notâ & existimatione sint insignes, auctoritate tamen & potestate tantâ, ut primi illi, minime polleant ; ideo posse quidem aliqua pro suâ sapientiâ moderari, auctoritatem verò mutandi mandati in rebus arduis non habere, adeòque non facilè à normâ mandati præscriptâ disceluros. Tertio gradu subsequi illos, qui nondum adeò excellentes, ut superiores, sapientiæ opinionem nec potestatis fastigium nacti sint : His consultissimum esse, irreflexo obsequio mandatum Principis observare, nec quicquam deminuere vel addere, nisi conscio Principe. *vid. Meland. d.l.*

XI. Tutissima tamen & his & ipsis & illis curæ cordique *Cautela* sit cautela, quam suadet *Gail. d.l.* ut, si tempus & occasio id fe- *utrobiq.*

rant, super novâ & incidenti causâ committentis potius consilium petant, quâm suum præterito isto sequantur ; ne, præcipue si res præter opinionem illorum ceciderit ; ipsi in vita, honoris & bonorum periculum ob non strictè servatum mandatum adducantur , præsertim si rigidioribus Crassis ratio reddenda est.  
v. A.G. i. N.A.13. Keckerm. curs. phil. D.33. qu.8.

## Lim. 2.

XII. Hactenus temeritatem mandatarii in mandato publico suscepso sicut ob exempli scandalum non impunem , ita ob amissionem expensorum in excessu utut utili sumtuum non indemnem esse demonstravimus ; jam succedit alia temeritatis in excessu prospero sibi damnosæ exceptio , si nimirum ista temeritas ex malevolo animo res mandantis in ruinam aut gravem jacketuram immersendi prorumpat. arg. l. inter causas. 26. §. fin. ff. mand. l. ne ex dolo. 13. ff. de dol. mal. l. ita demum. 31. ff. de recept. qui arbitr. l. itaq. 12. l. eum qui. 14. §. 3. ff. de furt. l. pen. C. de legat. Quis enim justitiæ & boni publici Zelotes indulserit eò usque malitiæ contra l. in fundo. 38. ff. de R.V. ut isti sub nomine amici arg. l. i. §. sub. l. inter. 26. §. fin. ff. mand. l. si liber. 36. ff. de negot. gest. l. si negotium. 23. ff. de reb. auct. jud. l. i. pr. ff. quib. mod. pign. perverissimo more insidianti impensas, quibus mandanti exitium contrahere satagebat, à mandante ob felicem, contra opinionem & votum istius, prominentem eventum restituendas esse diceret ?

## Ratio 1.

XIII. Sanè si fur sumtus in rem subreptam factos amittit. l. i. C. de infant. expos. arg. l. inficiando. 67. §. 2. ff. de furt. (Non obstat l. si pupilli. 6. §. 3. ff. de N. G.) istum autem de recipiendis gloriari debere dicas; intempestiva justitia forer. Nam iste furi in delicto non tantum est æquiparandus , sed & pejor fure æstimandus; quippe qui tanto malitiæ ardore fervet, ut & suis rebus insumendis non parcat, quo mandantem nihil ejusmodi suspicatum graviter affligat, & res ejus suis impensis deteriores reddat; quod tamen fur principaliter non intendit, sed præcipuâ solicitudine, ut rem suam ampliorem faciat , ad res alienas temerariam manum extendit. Et utut hanc talionis vindictam juxta Ps. VII. 15. & seqq. r.t. Quod quisq. jur. in alt. stat. l. sed &. 12. §. 1. ff. quod met. l. 3. C. de Episc. and. non stringendam esse concederemus; nonne perfidus mandatarius eas impensas ipse sponte profundit,

## Ratio 2.

## Ratio 3.

profundit, & in discrimine negotii perituras avet, ac hactenus  
damno alieno donat, arg. l. falsus. 43. §. si iactum. 11. ff. de furt. l. 2.  
C. de R.V. l. pure. s. §. 2. ff. de dol. mal. except.

XIV. Quodcunque ergò impensarum hoc animo projicit, illud eo ipso ceu jam derelictum recipere recusat. d. l. 4<sup>o</sup>. §.  
quod si. s. §. quâ ratione. 47. l. de R.D. l. i. l. fid. s. §. 1. ff. pro derel.  
l. quemadmodum. 38. §. 1. ff. de nox. act. l. quod servus. 36. ff. de stip.  
serv. idque mandans in res suas felici perfidiâ in sumtum sibi adquirit. l. 2. §. 1. ff. pro derel. ac hoc fortunat favore non immeritò  
& absque injuriâ perit mandatario, quod perditurus erat, frustra  
post exitum suâ intentione mitiorem crudeliter pœnitenti. arg.  
l. juris gentium. 7. §. sed si. 10. l. pactum. 4. ff. de pact. l. i. §. usq. 5. ff.  
de injur. l. Pomponius. 9. ff. de N. G. l. querit. 14. §. si venditor. 9. ff.  
de adil. ed. l. cum mulier. 47. ff. solut. matrim. l. in diem. 9. §. 1. ff. de  
aqu. pluv. l. 3. §. si quis volentem. 5. ff. de hom. lib. l. si maritus. 15. §.  
si negaverit. 5. ff. ad L. Jul. de adult. l. 2. C. ad SC. Turpill. l. post-  
quam. 4. C. de pact. aut de dolo retinentis conquerenti. l. cum do-  
nationis. 34. C. de transact. Fac. l. nullum. 109. Et ibi Goth ff. de R. f.

XV. Non declinamur ab istâ opinione per l. si à domino.  
36. §. ult. l. Planè. 38. l. seq. §. 1. ff. de H.P. ubi prædō retinet recipitque impensas, quas tamen etiam intelligitur donasse, d. l. 38.  
§. 30. l. de R.D. l. 7. §. pen. ff. de A.R.D. Nam respondemus (1.)  
ibi cum prædone, qui invasit bona hereditatis vacantis. l. sed Et si.  
25. §. 3. ff. de H.P. mitiùs agi, tūm ob judicium universale, quo  
convenitur Locam. qu. 138. ad Inst. Iust. tum quod rei hereditatiæ  
furtum non fecit. l. ult. ff. expil. hered. (2.) Præsumptionem  
istam esse juris contra voluntatem malæ fidei rei insurgentem.  
arg. d. l. 38. l. 2. C. de R. V. l. qui alienum. 14. ff. de donat. & ideo  
pœnalem. arg. d. l. 38. at nos hîc versari circa præsumptionem ex  
voluntate & secundum voluntatem perfidi mandatarii contra i-  
psum retortam; quæ veniâ facili ipsum indignum reddit. Nec  
istam malitiam, si probari potest, eventus mandanti lætus, quem  
voto & viribus aversatus est mandatarius, purgat aut retrò mutat.

XVI. Sed instas: si hæc præsumtio secundum voluntatem ejus contra ipsum dirigitur; utique, sicut illa in consilio  
ejus ante factum connexa erat, ita & post factum in præsumptione  
inde

obj.

Resp. I.

Resp. II.

Inff.

inde deductâ cohærere debet ; At perdere impensas intendebat sub conditione perituri negotii, cui eas expendebat , alias & secus isto casu, non perditurus : Ideò deficiente conditione & voluntatem defecisse. Resp. Conditionem istam , quia tendat in exitium proximi & contra bonos mores, pro non adiectâ haberi. *I. conditiones.* 14. *I. seq. ff. de condit. instit.* *Fac. I. inter. 83.* §. *sacram.* 5. *ff. de V.O. l. pacta.* 6. *l. ult. C. de pact.* ideo istâ detractâ voluntatem nudam spectari.

Resp.

*In excessu infelici.*

XVII. Hæc ita opinamur procedere , ubi excessum beatit eventus. Quid verò mandatario spei reliquum est, si egreditus mandati terminos res mandanti non utiliter, (taceo damnosè) quo etiam sola jucunditas voluptuaria, *I. sed an. 10.* §. 1. *ff. de N. G.* non honestas, *I. quæ utiliter.* 45. *pr. d. r.* pertinet, gesit ? *Distingui.* Necessitatem urgente aut necessitatis suspicionem. *I. 3.* §. *hæc an ex actione.* 10. *ff. d. r.* probabilem. *arg. I. etiamsi.* 4. *C. mand. cap. scias.* *causa ne-* 35. *caus.* 7. *qu. i. in fin.* præbere excessui infelici patrocinium & re-cessitatis? cuperationem impensarum putamus. *Fac. I. qui mutuam.* 56. §. *ult. ff. d. l.* 4. *C. mand. d. l.* 10. *pr. §. 1. l. successor.* 12. §. 2. *l. debitor.* 13. *l. five.* 22. *ff. de N. G.* etiamsi mandatarius b. f. maiores fecerit, quām dominus ipse fecisset. *I. si quis.* 27. §. *impendia.* 4. *ff. mand.* *ne ipsi officium suum sit damnosum.* *I. si servus.* 61. §. *quod verò.* 5. *ff. defurt.* *I. videlicet.* 29. *l. inter.* 33. §. 1. *ff. Ex quib. caus. major.* *I. sed si.* 7. *ff. Testam. quemadm. aper. cap. cum non.* 33. *de elect.* in 6.

*an ex temeritate* XVIII. Sin verò temeritate lacestitus transiliit præfixos limites mandatarius, successus infaustus ipsi triste omen est, & laborem & impensas ejus periisse. *I. five.* 22. *ff. de N. G.* *I. 3.* *pr. ff. mand.* *I. fidejussum.* 52. *ff. eod.* *I. regula.* 9. §. *ult. ff. de jur.* & fact. ignor. *I. Servius.* 4. *ff. quod vi aut clam.* §. *caterium.* 5. *I. quod cum eo.* *damnumque soletur disciplinæ fructu,* quā in posterum cautiùs negotia administrare discat. *I. 2.* *C. defurt.*

XIX. Quæ verò hactenus de impensis diximus, eadem de operis mandatarii in excessu mandati præstitis intelligenda volumus. *arg. §. 2. I. de societ.* *I. 3. ff. si quadr. paup.* Porrò sicut in æstimandâ utilitate potius mandantis approbationem quām opinionem mandatarii respicimus, *d. l.* 10. §. 1. *ff. de N. G.* sic quoad suprà dicta vix interesse putamus, quā causâ inductus mandans mandatum

mandatum limitaverit, sive ea fuerit angustia patrimonii, sive timor periculi, sive indiligentia & ineptitudo mandatarii, sive minor ejusdem pro negotii dignitate auctoritas. arg. l. de pretio. 8. ff. de Public. ibi q. Goth.

XX. Nam quoad primam, ut frustra prædicaverit interim mandatarius negotii præstantiam & utilitatem ad consequendas impensas, si eas mandans non nisi ingemiscente re familiari reddere nequit. d.l. 10. §. 1. ff. de N.G. l. in fundo. 38. ff. de R. V. attamen, si postea hic eas lautiore patrimonio facto commode restituere poterit, approbato ab hoc excessu ille postulante ex quitate recipiet. arg. l. nam hoc. 14. ff. de condit. indeb. Et simil. ut tamen haec tenus spes recipiendi interim salva sit, quatenus utilitas illa salva est, ne domino innocentio obtrudatur periculum, contra quod cautâ prohibitione se præmuniverat, arg. l. semper. 60. ff. de R. l. l. si procurator. 6. pr. ff. de condit. indeb. l. quodlibet. 87. ff. desolut.

XXI. Quod attinet tres sequentes causas, dolo malo in istis præsidium queret mandans, si voto suo præter opinionem per confidentiam aut temeritatem mandatarii potitus istas velit in damnum ejus detorquere. Planè quod ad ultimam istarum attinet, poterit mandans, si multum ipsi interesse demonstraverit, per dignorem esse administratum id negotium, sive admissum sive reprobato excessu id à mandatario consequi, vel actione mandati, vel aliâ competenti. arg. l. ad comparandas. 16. C. mand. l. si procuratorem. 8. §. mandati. 6. ff. eod.

XXII. Superest ut paucis videamus, quoniam mandatius remedium sumtus in excessu factos recipere possit? Exceptione ipsum secundum suprà allatam distinctionem tutum esse non ambigitur. Nam cui actionem damus, eidem & exceptione competit multò magis quis dixerit. l. invit. 156. §. 1. ff. ptio. de R. l. l. §. 4. ff. de superfic. fac. l. servum. 49. ff. mand. l. apud. 4. pr. ff. de dol. mal. except. l. plane. 38. ff. de H.P. l. si in area. 33. ff. de cond. indeb. l. Paulus. 14. ff. d.t. de dol. mal. Et met. except. unde si quid procurator citra mandatum in voluptatem fecit; permitendum ei auferri, quod sine damno domini fiat, nisi rationem sumtus istius dominus admittit. l. idem q. 10. §. idem. 10. l. si vero. 12.

*2. Officium* §. contrario. 7. ff. mandat. Ita extra ordinem quoque officium iudicis implorari posse docet d.l. 38. l. hereditas. 50. l. fin. ff. de her. pet.

*An est actio?* XXIII. An autem ordinaria actio competit, disquiritur? Negare videntur l. 3. §. 2. & l. seq. l. rogatus. 33. l. potest. 41. l. fidejussorem. 52. ff. mandat. l. si venditor. 7. C. de fidejuss. l. in hoc. 14. §. 1. ff. commun. divid. d.l. 33. ff. de condic. indeb. l. ult. C. de neg. gest. v. Accurs. ad §. 8. l. mand. Ludv. Exerc. 14. th. 4. l.c. Bach. ad Treutl. volum. I. Disp. 27. th. 7. lit. h. Verum rest temperamentum recipit, v. Fab. in §. 6. l. demand. ubi Martinum ex aequitate id existimasse dicit.

XXIV. Namque ubi necessitatis ratio, quae jus constituit. l. pen. ff. de LL. cap. quod non est. 4. X de R. 7. cap. quanto. 4. in fin. X. de consuet. vel praecipua utilitatis intuitus, quae stricto juri praeponderat. l. ita. 52. §. ult. ff. ad L. Aquil. l. si remunerandi 6. §. ult. in fin. ff. mand. & necessitati equiparatur. arg. can. mutaciones. 34. can. seq. caus. 7. qu. i. & simil. propiusque huc respicit l. si hominem. 30. ff. mand. (huc referimus & pietatem. l. & si quis 14. §. idem Labeo. 13. ff. de relig. & honestatem. Fac. d.l. que utiliter. 45. pr. ff. de neg. gest. adde Fab. in d. §. is qui. 6. l. demand. num. l.) induxit mandatarium limites mandati vel praeterundo vel excedendo vel obviando non exacte servare; tum maximè vel ipsius domini gratia, cui hoc modo consultum ivit, ipsi actionem esse dandam existimamus. arg. l. quod si minor. 24. §. 1. ff. de minor.

*3. mandati* XXV. Quod si igitur his causis persuasus mandatarius aliter rem gesserit, & ipse excessus quasi negotio commisso cohaereat; actione mandati contraria usurum putamus mandatarium; quia presumitur mandans mandati limites eò usque protrulisse, si causam istam prævidisset imminentem. arg. d. l. si hominem. 30. ff. mand. l. si quis. 46. l. qui mutuam. 56. §. fin. l. fin. §. fin. ff. eod. fac. c. præterea. 5. X. de offic. jud. del. l. ult. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. l. 2. ff. de jurisdict. l. sed an. 10. §. 1. ff. de neg. gest. l. servus. 17. pr. ff. de in rem vers. l. etiam. 4. l. procuratorem. II. l. si contra. 20. §. 1. C. mand. l. ult. C. de can. largit. tit. 10. 23. Tantum itaque abest, ut non possit mandatarius excedere, ut propter cessationem & negligentiam ex bona fide obligetur. l. idemq. 10. pr. ff. d. l. II. l. à procuratore. 13. l. in re. 21. C. mand. d. l. ult. C. de can. largit. tit. nisi sufficiens ipsum excusatio muniatur. l. si quis. 27. §. 2. l. si mandavero.

22. §.

22. §. fin. & ll. seqq. ff. mand. l. licet. 15. & ll. seqq. ff. de arbitr. arg. d. l. 30. l. 2. C. de hered. tut. vid. Gl. in l. ult. §. ult. ff. mand. Fab. ad d. §. is qui. 6. l. de mand. A. Gell. I. N. A. 13. Wesemb. parat. d. t. n. 6. Ludvvell. Exerc. 14. th. 4. lit. b.

XXVI. Hæc tamen hactenus ita procedunt, nisi ( prout suprà etiam in mandato publico monuimus ) mandans intra mandatum sic limitatum, quâcunque obviâ causâ non attentâ, mandatario subsistendum iussit, quo casu simpliciter intra præscriptam formam incedendum esse putamus ob ita ampliatam prohibitionem, adeòque, si contra fecerit, actionem denegandam. arg. l. si prote. 40. ff. mand. l. fin. C. de negot. gest. l. liberto. 31. §. libertas. 4. ff. eod. Fab. d.l. Quid verò, si inciderit necessitas & causa , quæ & ipsis mandato subyolutis probabiliter fortior est, & non æquipollens; quamq; mandans ceu diligentissimus etiam paterfam. non præscrivisse, aut opinatus esse creditur non accessuram? Adhuc existimamus mandatarium ex bonâ fide. d. l. 10. ff. & l. cum mandati 12. C. mand. & exactæ diligentia. d. l. 21. C. eod. convenienter. vid. Fab. in d. §. 6. l. mand. ac ideo tutâ indemnitate, quicunque etiam conatum eventus exceperit, quo usque res exigere videtur, posse excedere. arg. d. l. 30. l. 46. l. 56. §. fin. ff. mand. d. l. 10. §. 1. ff. de negot. gest. d. l. 4. C. mand. l. si quis. 9. §. 1. ff. locat. l. si putator. 31. ff. ad L. Aquil. l. sed et si. 26. §. si feriae. 7. ff. Ex quib. caus. maj. præcipue si peritorum consilium , ubi copia mandantem admonendi non fuerit, adhibuerit. Fac. l. regula. 9. §. sed facti. 2. ff. de iur. & fact. ignor. l. 3. §. sed si sic accepit. 9. ff. de in rem vers.

Lim.

Exceptio à  
Lim.

XXVII. Si verò excessus ad negotium commissum non 4. negoti- spectat; tum mandatarium ex prædictis causis aliud agenti. l. di- orum ge- ligenter. 5. pr. ff. mand. negotiorum gestorum actionem compe- storum. ttere non dubitamus asserere, per l. 2. l. 3. §. hæc actione. 10. l. si pu- pilli. 6. §. 3. l. si quis. 25. ff. de negot. gest. l. ob negotium. 18. C. eod. l. hereditas. 50. ff. de hered. petit. l. si possessor. 32. pr. ff. de religios. namque ex officio & lege humanitatis sic excedendo succurrit proximo. Fac. Exod. XXIII, 4. & seqq. Deut. XXII, 1. Matth. V, 24. Luc. VI, 27. ideoque extra damnum ipsius officium esse debet, vid. supr. n. 18.

*obf.*

XXVIII. Necremoram objicit *l. ult. C. de negot. gest.* in quā præcipuè se fundant, qui negativam propugnant, vid. *Duanren. ad tit. ff. mand. cap. 1. Sichard. ad l. i. C. eod. n. 3. Paul. Castr. in d. l. i. C. eod. n. 2.* qui ibi notat, singularem casum in d. l. ult. contineri, quo dominus cum alienâ jacturâ locupletetur. *Schnob. Disp. 10. th. 28.*

*Roff.*

Namque ista *l. ult.* huc usque rigorem suum non extendet, ut tendat in perniciem nedium Reip. arg. §. ult. I. de his qui sui. certo modo, sed & ipsorum, quorum in utilitatem scripta est. *l. nulla. 25. ff. de LL. l. 3. §. duæ. 5.* *E*ibi *Gotkofr. ff. de Carbon. Edict.*

XXIX. Ubi verò nullius vel necessitatis vel præcipuæ utilitatis, vel alia supradictarum causa excessum poposcit, sed temeritate facili & levi transiliit mandatarius præstitutos fines; tum, si ratum postea habet excessum mandans; & res eatenus mandatario salva est, vel actione mandati contrariâ, arg. *l. si procuratorem. 10. pr. in fin. ff. mand.* vel negotiorum gestorum. *l. si pupilli. 6. §. item queritur. 9. in fin. E* & §. seq. *l. Pomponius. 9. in fin. ff. de negot. gest.* *l. si communes. 40. ff. eod. l. si quis. 6. §. 2. l. in hoc. 14. §. 1. ff. commun. divid.* *l. creditor. 60. §. 1. ff. mand. junct.* *l. Papinius. 20. pr. in fin. ff. de minor.* *l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de A. vel A. P. vid. Bach. ad Treutl. vol. I. Disp. 10. th. 6. lit. b.*

XXX. Si verò ratum non habet; tum neque mandatario actio mandati *d. l. potest. 41. ff. mand.* neque negotiorum gestorum, *d. l. ult. C. de negot. gest. fac. d. l. liberto. 31. §. libertas. 4. ff. d. l. Treutl. vol. I. Disp. 10. th. 7. lit. c.* competit, sed si temeritatem successus mandanti perutilis, dabitur ipsi condicione ex bono & æquo in id, quo mandans locupletior est factus, arg. *l. nam hoc. 14. l. qui per conditionem. 40. §. 1. ff. de condic. indeb.* *l. si E me. 32. ff. de R. C. l. quod dicitur. 5. §. pen. ff. de impens. in rem dot.* *l. E* & *si quis. 14. §. idem Labeo. 13. ff. de Religios.* eà moderatione, ut commoditatem domino opportunam exolvendi expectet, ut antea dictum est. *l. si fundum. 38. ff. de R. V. l. 3. §. sed si. 4. ff. de in rem vers.* *l. 3. pr. ff. de contrar. tut.* interim tamen permisâ ipsi facultate, si mandans pretium numerare renuat, arg. *l. idem q. 10. §. 10. ff. mand.* auferendi ex impensis necessariis, utilibus & voluptariis, quod sine incommodo & dedecore negotii

& man-

*§. Condi-  
tio.*

& mandantis auferre potest. *Fac. d.l. 38. ff. de R.V. d.l. 3. §. 4. ff. de in rem vers. l. pro voluptariis. 9. ff. de impens. l. sive herede. 32. §. idem respondit. 5. ff. de admin. tut. l. domum. 5. C. de R.V. l. I. §. raseat. 5. in fin. C. de rei uxor. act.*

**XXXI.** Id enim cuivis permitti debet, quod ipsi prodest, alteri non nocet, *arg. l. i. §. idem ajunt. II. l. 2. §. item Varus. 5. in fin. ff. de aqua. pluv. De hâc questione vid. ulterius Wesenbec. in parat. ad tit. mandati. n. II. ibiq. in Not. Hahn. & Luduv. Menoch. lib. 2. arbitr. question. 352. n. 3. Althus. dicaolog. lib. I. cap. 83. n. 21. Treutl. vol. I. disf. 27. th. 6. lit. f. & th. 7. lit. h. ibiq. Bachov. Donell. lib. 13. cap. 12. ibiq. Hillig. in not. lit. a. & b. Harprecht. ad §. 8. demandat. n. 2. & seqq. Knipschild. decontractib. Exerc. 10. quæst. fin.*

## QVAEST. II.

**An Iudaorum infantes sint invititi parentibus ad baptismum auferendi?**

**XXXII.** Si alter parentum, qui vel orthodoxæ fidei est aggregatus vel ad ipsam adspirat, id velit altero renuente; tunc utique favore religionis secundum istius ceu partis majoris & senioris desiderium infans baptismu admoveri meritò debet, *arg. cap. 2. X. de convers. infidel. fac. I. Corinth. VII, 14. & seqq. te tan- at ubi uterque in suâ superstitione pertinax ipsius baptismu re- tum? Aff. fragatur, nec Jure Divino, nec jure humano violentia ista, licet an utropia appareat, admittenda esse videtur.*

**XXXIII.** Nam ex Scriptura sacra patet I. Judæos ob infidelitatem suam Ecclesiâ DEI ipsiusque favore excidisse, *Rom. XI, v. 7. v. 17. & seqq. B. D. Dannhauver. Theol. Conscient. part. 2. Dial. 3. p. m. 504. & seq. ideò ipsi ipsorumque proles quoad istam sc. violentam solitudinem nihil ad nos pertinent, sed iudicio DEI sunt relinquendi. I. Cor. V, 12, 13. fac. Apoc. XXII, 15. suumque brachium potestatis temere eò usque protenderet Magistratus, *arg. l. ult. ff. de jurisd. l. I. §. 3. l. fin. ff. de offic. Praef. urb. l. 3. ff. de offic. Praef. cap. fin. de constitut. in 6.**

XXXIV. 2. Judæos suum suorumque posteriorum caput ulciscendo innocentis Christi devovisse sanguini. *Matth. XXVII,* 25. quas crudelissimas diras ipsarumque acerbissimum eventum etiam ad excommunicationem ab Ecclesiâ voluntariam simul & pœnalem sine dubio directum, *Fac. Rom. d. l.* Christus flentibus mulierculis cœlum materiam fletibus magis opportunam deploranda innuit. *Luc. XXIII,* 28. In isto igitur judicio Divino *Rom. XI,* 33. cura humana hactenus acquiescat.

XXXV. 3. Regnum Christi non invadere cum istâ violentiâ externâ genus humanum, *Matth. X,* 14. *Marc. VI,* 11. *Luc. IX,* 5. *X,* 10. seq. cuius exemplum extat *Matth. VIII,* ult. *Marc. V,* 17. *Luc. VIII,* 37. seq. sed pulsatione internâ cordium suam vim exerere ac præstolari sui receptum. *Matth. XIII,* 9. *Marc. IV,* 9. *Luc. VIII,* 8. *Apoc. c. II. & III. paſsim. c. XXII,* 17. Non obstat *Matth. XI,* 12. *Luc. XVI,* 16. Ideò Christus ad se venire non adigitur solatio & refocillatione indigentes, *Matth. XI,* 28. v. *Dieteric. Catech. de Baptismo p. m. 667. & seq.*

XXXVI. Præterimus plures rationum & exemplorum ex Scripturâ sacrâ pro hâc sententiâ firmandâ allegationes, & *tum jure* convertimur ad ejusdem ex jure humano assertionem. Non al*humano*. legabimus verò longâ serie rationes negandi potissimum novem, quas *Zaf. oper. tom. 5. in trigâ quæſtion. de Judæis quæſt. I.* refert, & postmodum, sed non satis solidè, uti opinamur, refutat; quas libenter, unâ saltem & alterâ relictâ, admittimus, sed istis prætermisſis subsistemus in expressis textibus. *cap. ſicut. 9. X. de Judæis. I. circumcidere. II. pr. ff. ad L. Cornel. de ſicar. I. Judæos. II. ibi: ritus ſuos citra contemtum religionis retineant. C. de Judæis & cœlic. can. qui ſincera. 3. can. de Judæis. 5. diſtinct. 45. can. ad fidem. 32. cauf. 23. quæſt. 5.* Iſtamque opinionem communiorē dicit *Felin. in d. cap ſicut. 9. X. de Judæis. Zaf. d. l.*

*Refutā- tur rati-* XXXVII. Hisce expeditis videbimus etiam paucis ratio- nes, quibus inductus *Zaf. d. loc.* eandem quæſtionem affirmat. *Aff.* Prima igitur fundata est in *I. Cor. VII,* 5. unde à ſolutione vi- ones. *Obj. I.* culi matrimonialis ex causâ religionis, ad vinculum patriæ po- *Resp.* testatis ob eandem causam ſolvendæ argumentatur. Verūm Resp. i, ibi non ſimpliciter concedi libertatem vel utriusque vel alterutri-

alterutri conjugum divertendi quasi obice religionis intercedente, sed saltem facultatem fideli relinquendi infidelem præfracto odio primò deferentem, ut verba ipsa innuunt. 2. aliam rationem militare in Judæis & aliis infidelibus adultis, aliam in infantibus. Isti enim voluntate informatâ accedunt ad orthodoxam fidem, quæ in hisce cessat, nec ab Ecclesiâ ipsam suppleri, quia extra se vagantes hactenus non curat.

XXXVIII. Alteram rationem, quam ex secundâ & deci- *Obj. 2.*  
mâ contrahimus, facit *Zafio d. l.* charitatis Christianæ amplitudo; quæ non tantum in periculo mortis temporalis, sed etiam & multò magis in periculo interitus æterni solicitâ ope succurrere debet, non tantum amicis, sed etiam inimicis, *vid. Matth. V, 43. & seqq. Job. XV, 12, 17. & simil.* Sed resp. utrumque procedere cæteris paribus & ordine servato. Ordo autem iste non tendit ad eam violentiam usque, ut suprà demonstratum est; nec obstrepentibus & reluctantibus potest conferri salubriter beneficium. Tertia ratio nititur jure & potestate DEI in homines *Obj. 3.* universali; cui meritò potestas illa patria Judæi se submittere debeat vel autoritate Magistratûs ministrâ; cum quâ ratione coincidit nona. Sed nec ista obstat. Nam patrem eatenus reatui & pœnæ subjacere DEO non negamus, verùm Magistratui politico istam violentam executionem non competere jam sæpius ingeminavimus.

XXXIX. Quartum argumentum residet in Baptismi su- *Obj. 4.*  
pra verbi divini prædicationem efficaciâ; quare si illius socordiæ imputatur, qui publicare verbum Divinum negligit, multò magis imputandum esse illi, qui, cùm potuit, parvulos infideles fonte salutis lavare omisit. Resp. i. negando antecedens, quod baptismus sit efficacior verbi prædicatione; nam unus utробique est Spiritus S. qui fidem operatur, nec hactenus illius in operando zelus & fidelitas isthic aut illic intenditur aut remittitur. 2. Limitando consequentiam, ut suprà, ex moderamine facultatis moralis permisso & demandato.

XL. Fundamentum quintum inclinans in limitandam & *Obj. 5.*  
cohendam potestatem patriam, ne in perniciem filii tendat, per inculcatum jam sæpè temperamentum potestatis politicæ *Resp.* restrin-

Obj. 6.  
Resp.

restringitur. Sextum præsidium exhibet urgetque Statum Ju-  
dæorum servilem, præcipue ex cap. et si. 13. X. de *Judaïs*. Sed ex isto  
textu & cæteris congestis adminiculis non tam probatur servitus  
Judæorum servilis. arg. l. spadonem. 15. §. jam antea. 6. ff. de ex-  
cusat. l. 3. ff. de decur. l. *Judaï*. 8. in fin. C. de *Judaïs* & cœlicol. quæm  
subjectio quædam suppressionis & abjectionis miseria. v. Zaf. d.  
l. in 1. ratione neg. Imò & si probaretur illa, tamen nondum suf-  
ficeret ad inferendum illatum, quia in servos hactenus non ma-  
jor est potestas politica, quæm in liberos, ut istam violentam ab-  
reptionem affectare possit. *Fac. Col.* 3, II. & sim.

Object.  
reliquæ.  
Resp.

XLI. Septima, octava, & ultima ratio idem dicunt cum  
quintâ, quare eâdem responsione labefactantur. Undecimum  
sive penultimum firmamentum à summâ religionis ratione de-  
sumtum sustinet itidem eandem sæpies iteratam resolutionem.  
Non obstat etiam, quod Christus parvulos ad se admitti jusse-  
rit. *Math. XIX, 14.* Nam admitti jussit, non vi abripi, quos  
vel ipsi parentes vel cognati fortè aut tutores & educatores ad-  
duxerunt.

Conclus.

XLII. Tutissimam igitur & modestam esse censemus Ec-  
clesiæ abstinentiam ab ortu & cunabulis suis v. Zaf. d. l. in 4. rat.  
aff. hactenus vigentem, quâ istum infantum raptum affectare  
religiōni sibi ducit, nec misericordiâ intempestivâ judicii Divini  
limites perrumpit, sed cautè intra illud subsistit. vid. de hâc  
quest. prolixè d. Zaf. d. tom. 5. oper. in trigâ question. de *Judaïs* qu. I.  
ubi plures propugnatotes tûm negativæ sententiae pag. m. 104.  
tûm affirmativæ p. m. 108. allegat. Præter istos vid. Gl. ad cap.  
sicut. 9. X. de *Judaïs*. Johan. Andr. in d. cap. 9. Archidiacon. &  
Domin. de S. Dominiano in can. qui sincera. 4. dist. 45.

ap. Felin. ad d. cap. 9. X. de *Judaïs* in pr. Abb.

Panormit. in d. cap. 9. circ. pr.

& n. 3.

QVÆST.

## Q V A E S T . III.

*An pars litigans posset in bonâ causâ ad obtinendam victoriam fallaciâ & deceptione uti, ac fraudem fraude, calliditatem calliditate repellere?*

XLIII. **S**ic statuere non veretur cum Gl. in can. Dominus no-

ster. 2. in voc. insidiis. caus. 23. quest. 2. Mynsing. cent.

3. obs. 6. Verum istud candori & religioni fori, in quo ceu in templo justitiae ante oculos sanctissimi DEI cause debent agi, parum convenire videtur. Namque 1. quid turpius in sancto **Ratio 1.** isto loco exerceri potest istis ausibus, quorum turpitudinem sat declarant turpia ista nomina, præcipue malitiæ, quo utuntur Adversarii, nomen infamissimum; qui nec intentione bonâ boni fiunt, nec accessione bonæ causæ à vitio suo purificantur, sed potius ipsam bonam, cui adhibentur, causam polluunt.

XLIV. 2. Opprobrio imperfectionis non exiguo cede- **Ratio 2.** ret ista licentia juri nostro, ceu ipsum tantâ sterilitate miserè laboraret, ipsiusque viæ legitimæ eâ virium præstantiâ non valerent, ut possit ipsius vestigiis & ductui attentus ad scopum ab ipso jure omni solicitudine intentum pervenire, sed reflectendum sit ad ista & istiusmodi remedia & cuneos obtinendæ bonæ causæ, quibus defectus juris suppleretur, contra pr. Inst. proœm. Fac. l. ult. pr. C. de hæred. pet. Imò ut ut 3. istâ deflexione fa- **Ratio 3.** cilius & citius possit obtineri, quam simplici æquitati insistendo; attamen isthuc declinandum est, quippe pars litigans, ipsiusque Advocatus seu procurator non tam pro victoriâ quam justitiâ, cui simplex & legitima via est amica, pugnare debet. **Fac.** Const. omnem. §. sed quia. 5. & §§. seqq. de jur. doc. rat.

XLV. Quin etiam 4. licentia ista eventu publicè sit peri- **Ratio 4.** culosa; nemo non videt. Namque intra præsidium juramenti calumniæ cuivis offeretur sive malam sive bonam causam foventi, & non tam justitiæ quam injustitiæ promovendæ, ceu tu-

C tum

*Ratio s.**Object.  
Resp.*

tum velamentum, inserviet. Unde sinceri cives & Advocati  
facilè perverti possent; mali verò pejores reddi. Violatur s.  
pactum bonæ fidei, quam partes litis contestatione paciscuntur,  
& juramento calumniæ præstito confirmant; nam bonæ fidei  
nihil magis adversatur quām fraus & dolus. Nec quicquam ad  
rem facit, quod fides ab alterâ parte sit rupta. Nam ipsius per-  
fidia partem alteram vinculo non liberat, istius enim firmitas  
non recumbit potissimum in alterius partis fidē, ut eā salvā &  
istud quoad me salvum sit, istāque fractā frangatur, sed in jure i-  
psō obligandi, quod perfidiā alterius non est irritum factum.  
Nec solum me data fides parti ligat, sed & judici & DEO, quo-  
rum vinculo dolus adversarii me non eximit.

*Exempl.  
cōtrarie  
sentētia  
præcipiu  
Refut.**Obj. 1.**Resp.*

XLVI. Plurimum verò iniquitatis, imò impietatis in-  
volvere videtur, quod Mysingerus d. l. allegat ex *Ant. de Butr.*  
*in cap. I. de mut. petit.* scil. si revera mutuum reddiderim, posse me et-  
iam juramento affirmare, me nihil à te habuisse. Quid enim est per-  
jurio causam obtainere, si hoc non est? juro enim me nihil à te  
habuisse, cum tamen mutuum habuerim; quod licet reddide-  
rim, attamen falsum est, me non habuisse, *vid. Cæpoll. cauel. 89.*  
*al. 60. num. 2.*

*Obj. 2.**Resp.*

XLVII. Non obstat nostræ opinioni *I. I. §. 3. ff. de dol. mal.*  
ubi doli boni fit mentio, cui ista concessa calliditas comparari  
debeat. Nam 1. dolus bonus ibi abusivè videtur dici pro so-  
lertiâ, quæ locutio, quia est rara, antiqua, odiosa, nec ad syno-  
nyma doli est trahenda; nam calliditas, fallacia, significatione  
propriâ in malam partem accipiuntur, unde ad describendum  
dolum malum simpliciter adhibentur *in d. l. I. §. 2. ff. de dol. mal.*  
sicut etiam dolus absolutè nominatus vix in corpore juris in bo-  
no sensu invenietur. Taceo absurdissimum esse ceu virtutem  
& vitium colligando dicere malitiam bonam. 2. Ipsa exempla,  
quæ subjiciunt, non solertiam istam prudentiæ progeniem, sed  
pessimas fraudes exhibent.

XLVIII. Non obstat (2.) *cap. I. caus. 4. quæst. 4.* ubi ac-  
cusatores intentione ad amplificandam causam, defensores exte-  
nuatione ad eam minuendam uti debent. Nam, ut taceam alias  
responsiones, per amplificationem ibi non additamenta contra  
verita-

vocari  
atur s.  
intur,  
e fidei  
am ad  
s per-  
mitas  
& i-  
ure i-  
tum.  
, quo-  
ris in-  
Butr.  
ne et-  
t per-  
l à te  
dide-  
l. 89.  
  
.mal.  
arari  
o so-  
yno-  
tione  
dum  
mal.  
bo-  
item  
mpla,  
, sed  
  
i ac-  
exte-  
alias  
ntra  
rita-

veritatem , sed veritatis per argumenta deductio artificiosa & persuasio pathetica ex prudentia, non fraudis , non calliditatis, non malitiæ ingenio ad fidem eliciendam directa intelligenda est, sicut & per extenuationem cauta celatio & excusatio significatur. *Fac. l. cum pater. 77. §. Titio. 31. ibi q, Gothofr. ff. de legat. 2. Gl. ad cap. ad audiencem. 4. in fin. X. de his quæ vi met. caus.*

XLIX. Non (3.) obstat cap. *Dominus. 2. caus. 23. quest. 2. Obj. 4.*  
ubi in justo bello nihil ad justitiam interesse dicitur, utrum aper-  
tâ pugnâ, utrum insidiis quis vincat ; ideo idem in militâ toga-  
tâ per l. *Advocati. 14. C. de Advocat. divers. judicior. procedere.*  
Nam Re p.i. bella publica & lites forenses non videri per omnia  
comparari posse ; quia ibi publica causa , hîc plerunque privata  
ventilatur ; unde ibi solertia in defendendo aut oppugnando  
laxior concedi potest. 2. istas insidias non concedi contra pa-  
cta datamque fidem, uti ipsa *Gl. ad d. can. fatetur arg. can. noli. 3.*  
*caus. 23. quest. 1. Cæpoll. cantel. III. al. 76. in fin. contra quæ tamen*  
tendunt fraudes & malitia, de quibus hîc agimus.

Resp.

L. Nam artes equidem pertinacem adversarium quasi im-  
prudentem ad lucem veritatis deducendi non improbamus , at  
sub bonæ fidei tantum directione istas moderatè intentari debe-  
re putamus. Multa porrò jure licita sunt, quæ tamen honestius  
omittuntur, quâm fiunt. *l. non omne. 144. l. semper. 197. ff. de R. 7.*  
*l. semper. 42. in pr. ff. de R. N. cap. 3. in fin. X. de renunciat. l. I. §. 3.*  
*ibi : si tamen, cum possit effundere, non effundit, laudandus est potius,*  
*&c. ibi q, Gothofred. ff. de peric. & commod. rei vend.* Add.  
de hâc quæstione *Gl. in cap. cupientes. 16. in verb. malignantium.*  
*de elect. in 6. Gl. ad l. 1. §. 3. ff. de dol mal. Covarruv. in epit. spon-  
sal. part. 2. cap. 3. §. 4. n. 5. in med. & maximè lib. 1. variar. resolut.*  
*cap. 2. Fr. Purpuratus in l. edita. n. 19. C. de edendo. apud Johann.*  
*Fichard. in prefat. Tractat. Cautelar. Hillig. ad Donell.*

*lib. 15. c. 40. lit. c. Speidel. in observ. lit. C. in voc.*

*cantelæ. n. 30, circ. fin.*

C 2

QVÆST.

## QVAEST. IV.

*An judex secundum acta & probata, an  
verò secundum conscientiam judi-  
care debeat?*

LI. **O**fficium Judicis in duobus potissimum consistit, 1. in cognoscendâ & examinandâ causâ. 2. In definiendâ eâ seu concipiendâ sententiâ. *I. de quâ re.* 74. *pr. ff. de indic.* C. 7.

**D**e quæ- *A. de indic. th. 52.* Quæ si probè attenderimus, facilè ad quæstiōne o- onem propositam respondere poterimus, eam scil. opponere si-  
**p**inio no- bi invicem non opponenda. Si enim judex, ante quam definiat,  
**s**tra. cognoscit de iis, quæ hinc inde allata, utrum vera an falsa sint? per se patet, ipsum nihil pro probato admissurum esse, nisi quod ipsi probatum fuerit. *Fac. I. quingenta.* 12. *in fin. ff. de probat.* at ipsi nihil probatum erit, nisi quod ipsius conscientiæ pro proba-  
to habebitur; quæ, si scit, factum (nam jus ipsi probandum non  
est, cum debeat ejus esse peritus, nisi quatenus sub speciem facti  
cadit. *cap. I. de constit. in 6.*) aliter processisse, nihil probatorum  
à partibus hactenus probatum esse consentiet.

LII. Quare cum fungi debeat officio boni & innocentis  
viri. *arg. I. continuus.* 137. §. 2. *in pr. ibi q. Gothofr. ff. de V.O.* *I. vir  
bonus.* 18. *ff. ind. solv.* *I. sed sic.* 17. *§. ait.* 5. *ff. de injur.* & officium  
ingressus juret se facturum, secundum quod ipsi visum fuerit ju-  
stius & melius, secundum veritatem & legum observantiam, co-  
gitans se non magis judicare quam judicatum iri. *I. properandum.*  
13. *§. cum autem.* 4. *I. rem.* 14. *pr. & Auth. Hodie.* C. *de indic.* C. 7. A.  
*d. I. th. 53.* non alia ipsius conscientia in officio judicandi præsu-  
menda est, quam habentis æquitatem ante oculos. *I. quod si.* 4.  
*in fin. ff. de eo quod cert. loc.* jure tamen informatam non cerebri-  
na. *m. Gothofr. d. I.* Neque enim licebit judici contra manifestam  
juris sententiam aliud remedium excogitare, atque ita æquitatis  
specie vim autoritatemque legum eludere. *arg. I. ordine.* 15. *in pr.  
ff. ad municipal.* *Vinn. lib. I. select. quest. 2.*

LIII. Non

LIII. Non equidem acta & probata à partibus suisq; deq;  
habenda esse dicimus; attamen incautâ facilitate illis adhærere,  
temeritatis erit. Aut igitur judex rei probandæ conscius est, & *Res p. ad*  
*an*  
de facto certam notitiam habet; aut conscius non est: Si igna- *Qu.*  
rus est, circumspetè procedet: præcipue ponderabit solicite *Si judex*  
utriusque partis personas. *Fac. L. infundo. 38. ff. de R. V.* testium, nō novit  
si qui adducti sunt, fidem diligenter examinabit. *L. 3. pr. ff. de testib.* factum:  
motumque animi sui confirmabit ex argumentis & testimoniis,  
& quæ rei aptiora & vero proximiora esse compererit. *L. ob car-*  
*men. 21. §. ult. ff. d. t.* nec utique ad unam probationis speciem  
cognitio ipsius statim alligari debet, sed ex sententiâ animi sui  
ipsum æstimare oportebit, quid aut credat, aut parum ipsi pro-  
batum opinetur. *d. L. 3. §. 2. ff. eod. pr. Inst. de offic. jud. l. illicitas. 6.*  
*§. 1. ibi⁹, Gothofr. ff. de offic. Praef. l. si foror. 8. ibi⁹, Gl. in voc. parti-*  
*um. C. de collat. l. eum, quem. 79. §. 1. ibi⁹, Gothofr. ff. de judic. l. ædi-*  
*les. 25. §. item sciendum. 8. vers. iudici enim. ff. de ædil. edit. can.*  
*Deus. 19. caus. 2. quest. 1. & can. judicet. 4. caus. 3. qu. 7. can. fin. in*  
*pr. caus. 15. quest. 5. Hæc & ejusmodi si attenderit probè, & ni-*  
hilominus contigerit, ut ex falsò & calumniosè probatis falsò  
informatus re ipsâ citra intentionem suam pronuntiaverit sen-  
tentiam injustam; nihil est, quod ipsi imputetur.

LIV. Quòd si verò conscius fuerit ipsius facti, & conti- *si novit.*  
gerit, ut id ab alterâ parte aut non satis probari posset, aut frau-  
dulenter perverteretur; tunc veritati à judice vel indirecte &  
per obliquum succurri posse & debere non dubitamus. *arg. l. si*  
*ancillam. 7. C. de contrah. emt. l. filio. 23. in pr. ff. de lib. & posthum.*  
*l. contractus. 54. ff. de O. & A. cap. quanto. 4. in fin. de consuetud.*  
*cap. ex literis. 5. vers. Hos igitur. X. de in integr. refit.*

LV. Sunt qui ipsum præsertim in causa criminali & ma-  
gni momenti de tribunali descendere, & veritatis in subsidium  
quascunque tutò & commodè poterit, probandi vices suscipere  
volunt. *arg. cap. dilecto. 40. X. de testib.* quibus neutquam re-  
fragamur, si ultimum ipsi id ostendant refugium. Interim e-  
nīm, quia officium ejus latissimum est, *l. 1. ff. de jurisdict.* omnia  
ipsi tentanda esse putamus, quæ veritati à partibus eliciendæ con-  
ferunt, præsertim accommodas dirigendo interrogations.

*I*ubicung<sub>3</sub>. 21. ff. de interrogat. Hinc, ut convenit, functus iudex semper secundum acta & probata, nunquam contra conscientiam judicabit.

LVI. Aurea sunt verba *D. Ambrosii*: Bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit & proposito domesticæ voluntatis: sed juxta leges & jura pronunciat; statutis juris obtemperat, non indulget propriæ voluntati; nihil præparatum & meditatum de domo defert; sed sicut audit, ita judicat; & sicut se habet natura, decernit; obsequitur legibus, non adversatur; examinat causæ merita, non mutat, &c. in d. can. judicet. 4. caus. 3. qu. 7. vid. plura de hâc quæstione *Jul. Clar. lib. 5. sentent. § fin. quæst. 8. in fin. & quæst. 66. n. 2. ibiq. in Addit. Bajard. n. 10. Covarruv. lib. 1. var. resolut. cap. 1. P. Costel. ad l. 6. §. 1. ff. de offic. Praesid. Hotton. quæst. illustr. 27. Arum. disp. 6. ad Instit. in parerg. & disput. fin. th. 3. & disp. 1. ad ff. th. pen. & ult. Treutl. vol. I. disp. 12. th. 14. lit. e. & f. ibiq. Bachov. Ar. Pinell. ad l. 2. C. de rescind. vend. part. 3. cap. 3. n. 32. vers. ex politicis. Ungepaup. Exercit. 16. quæst. 5. Rümelin. ad A. B. part. 2. dissert. 2. coroll. 3. Ludvull. Exerc. 17. thes. fin. in fin. Adde A. Gell. 14. N. A. 2. B. D. Dannhavver. quæst. mor. cap. 1. quæst. 7. §. 45. & seqq.*

## QVAEST. V.

*Si alter sociorum pecuniam, alter operam conferat, num pecunia periculum sit commune, an ad solum conferentem spectet?*

Aff. posterius  
cum communi opiniōne.  
Ratio I.  
Exc. I.

LVII. **S**ors vel capitale ab altero socio collatum fortuito casu (de quo jam occupati sumus) deperditum soli conferenti periisse, communis calculo concludi refert Rob. Maranta in *Aur. praxi part. 4. distinct. 4. judicior. n. 23. p. m. 91.* sufficere enim socio alteri sustinere damnum ipsarum operarum secundum *Bald. in l. 1. C. pro soc. nisi pacto aliud sit conventum. l. contractus.*

23. ff.

23. ff. de R. I. & paßim. vel consuetudine obtineat. Rob. Maranta d. l. Hanc opinionem communem æquam esse censemus, tūm ob dictam rationem; tūm quod istud capitale non censeatur commune, sed solius proprium conferentis esse, arg. §. 2. I. de societ. fac. l. coiri. 7. ff. eod. cui meritò & perire debet. arg. l. pignus. 9. in pr. C. de pign. act. fac. l. socium. 60. §. 1. ff. pro soc. l. ult. §. 3. in fin. C. de furt. l. secundum. 10. ff. de R. f. l. actione. 65. in fin. ff. d. t. pro soc. §. 3. l. de emt. vendit. l. id quod 7. pr. ff. de peric. rei vend. tūm ob personarum in hōcce contractu qualitatem, vid. Rat. 3. l. societates. 5. §. 1. ff. pro soc.

LVIII. Non obstant l. 1. § ult. & l. seq. l. cum duobus. 52. Obij. §. quidam. 4. ff. pro soc. d. §. 3. Inst. de emt. vend. d. l. id quod. 7. pr. ff. de peric. & comm. rei vend. Ut in ipso congressu datâ occasio- Resp. rem. ne tuebimur. vid. hanc quæstionem tractatam à Gl. ad §. 2. Inst. de societ. Salicet. Paul. de Castro. Angel. de Perus. Cyn. Sichard. & DD. communiter in l. 1. C. pro soc. Socin. consil. 265. in primâ quæst. Schneidevvin. ad d. §. 2. n. 6. Covarruv. lib. 3. var. resolut. cap. 2. n. 2. Gail. lib. 2. observ. 24. n. 3. Althus. dicæol. lib. 1. cap. 78. num. 19. Fachin. lib. 2. controvers. cap. 95. Arum. Exerc. ad Instit. 15. th. 3. Ludvv. Exerc. 14. thes. 1. lit. g. circ. fin. Harpr. ad §. 2. Inst. de Societ. n. 20. & seqq. Schnobel. disp. 10. th. 33. ibi q. Bejer.

## PRAE-

## PRÆCELLENTI DNO. RESPONDENTI,

**H**Yberno ut premitur ventis ac frigore planta,  
Et florum in pratis gratia cuncta perit.  
Tempore præsenti viridem induit arbor amictum,

Prægnantique novas fronte minatur opes.

Nunc redeunt flores, redeunt nunc gramina pratis,  
Et gremium lætis frugibus ornat ager.

Sic quoque, cum longas hyberno sidere noctes  
Volvisti tabulas fatidicæ Themidos,

Nunc instat tempus, quo vis producere flores,  
Ex quibus & fructus tempore percipies.

*Det DEUS & vitam sano cum corporis usu,*  
*Adsit perpetuò consiliisq; tuis,*

*Quò votum tandem valeas implere Parentum,*

*Majorum & laudes exsuperare tuis.*

Ita honoris causâ scribere & ex singulari  
affectione optare debuit

Ulricus Marbachius,  
LL. Stud.

F I N I S.






Strassberg, Diss., 1674-75

K2611022

V317





**Farbkarte #13**



10  
Q. D. B. V.  
**QVÆSTIONES JURIS  
MISCELLANÆAE,**  
QVAS  
ADSPIRANTE NUMINE  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI  
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI,  
CONSULTISSIMI ET EXCELLENTISSIMI  
**DNI. GERARDI von Stoffen/**  
JCTi Celeberrimi, Pandectarum in Illustri Ar-  
gentoratensium Universitate Prof. Publ.

Facult. Jur. p. t. DECANI Spec. tab. DNI. Patroni  
& Præceptoris sui summo observan-  
tiæ & obsequii cultu æviternum  
prosequendi,

**S O L E N N I**

*Eruditorum Examini  
submittit*

**JEREMIAS TROMER/ Argentorat.**  
Auth. & Resp.

*Ad diem 30. Mens. April.  
horis locoq; consuetis.*



*ARGENTORATI,  
Literis JOH. FRIDERICI SPOOR.*

*Anno M DC LXXV.*

